

PSALMI HORARUM  
PRO FESTIS

## PSALMI HORARUM PRO FESTIS

QUÆ SUOS E DOMINICA PSALMOS USURPANT

### AD LAUDES

(Pater et Ave.)

V. Deus, in adiutorium.  
Glória Patri. Allelúja, vel  
Laus tibi.

Psalmus 92 1

**D**óminus regnat, ma-  
jestátem indútus est,  
\* indútus est Dómi-  
nus poténtiam, præcínxit  
se,

et firmávit orbem terrá-  
rum, \* qui non commové-  
bitur.

Firma est sedes tua ab  
ævo, \* ab ætérno tu es. —

Extóllunt flúmina, Dó-  
mine, extóllunt flúmina vo-  
cem suam, \* extóllunt flú-  
mina fragórem suum.

Poténtior voce aquárum  
multárum, poténtior ásti-  
bus maris: \* potens in ex-  
celsis est Dóminus. —

Testimónia tua fide digna  
sunt valde; \* domum tuam  
debet sánctitas, Dómine,  
in longitudinem diérum.

Psalmus 99 2

**E**xultáte Dómino, om-  
nes terræ; \* servíte  
Dómino cum lætítia;

introíte in conspéctum  
ejus \* cum exsultatióne.

Scitóte Dóminum esse  
Deum: ipse fecit nos et  
ipsíus sumus, \* pópulus  
ejus et oves páscuæ ejus.

Introíte portas ejus cum  
laude, átria ejus cum hym-  
no; \* celebráte eum, be-  
nedícite nómini ejus.

Nam bonus est Dóminus,  
in ætérnum misericórdia  
ejus, \* et in generatióne  
et generatióne fidélitas  
ejus.

Psalmus 62 3

**D**eus, Deus meus es: \*  
sollicite te quæro;  
te sitit ánima mea, desi-  
derat te caro mea, \* ut ter-  
ra árida et sítiens, sine  
aqua.

Sic in sanctuário con-  
témplor te, \* ut vídeam  
poténtiam tuam et gló-  
riam tuam.

Quia mélior est grátia  
tua quam vita, \* lábia mea  
prædicábunt te. —

Sic benedicam tibi in  
vita mea: \* in nómine tuo  
attóllam manus meas.

Omnia. **Q**uonia-  
 mmodo semper  
 Deus, qui gloriosus  
 Virginis Mariae cor-  
 poris et animam in di-  
 vinitate in hac  
 metetur. Spiritu sancto  
 cooperante, presertim  
 in cultu commemoratione  
 laetantur: eiusque  
 occasione ad instaurandam  
 malle, et a morte perpetua

Concordat cum exemplaribus approbatis.

Taurini, die 4 Januarii 1950.

Sac. A. TALLANDINI, *Rev. Archiep.*

**Imprimatur.**

C. A. COCCOLO, *Vic. Gen.*

**Printed in Italy.**

*Tip. della Casa Editrice Marietti — Torino, Via Legnano 23.*

Finito di stampare in Febbraio 1950.

